



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve  
Adolescentiae Sanctorvm**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphalorvm, 1615**

Basilius Magnus, Episcopus Cappadociæ. 1. lan.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42900**

I.

De S. Basilio i. Ianuarij.

**EXEMPLVM S. BASILII MAGNI**  
Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi.  
apud Surium i. Ianuarij.

**B**EATVS Basilius anno ætatis sep-  
ptimo literas auspicatus, insignem  
quinquennio studiorum fecit pro-  
gressum. Dein profectus Athenas  
simul ut Eubulo operam dare cæ-  
pit, præclarum de se ingenitæ honestatis speci-  
men dedit, atq; eidem suo præceptoris castitate,  
continentia, abstinentia, & alacritate morum, ac <sup>Præcla-</sup>  
diligentia magnæ fuit admirationi. Exarsit por- <sup>ra Lant</sup>  
adole-  
tam egregia indoles miro diuinæ sapientiæ <sup>scenitiae</sup>,  
peruestigandæ desiderio, adeoque nihil vini pa-  
nisve sumere destinabat, donec optato potire-  
tur. Confecto igitur per annos quindecim toti-  
us Mathematics & philosophiæ curriculo, cum  
adhuc vniuersi conditorem nihilò quam antè  
melius indagare posset, quadam nocte in vigilia,  
diuino quodam fidei splendore inflammatus  
scripturas diuinias peruestigare admonetur. Qua-  
re in Aegyptum ad Porphyrium Archimandri-  
tam profectus, sacrosque ibidem nactus codices,  
annum integrum in diuinorum eloquiorum cō-  
mentatione magna animi cum voluptate con-  
sumpsit. Postea Hierosolymam pietatis ergo  
profectus, atque inde delatus Antiochiam, in  
Eubulum adhuc gentilem incidit. Quem cum  
mutuo magisterij officio Christianæ fidei dog-

A mati-

matibus imbuisset, mox etiam Libanium  
discipulum pari facilitate conuertit. Rogatus porro à Libanio Basilius, ut ijsdem sermonebus discipulos etiam suos cohortaretur, docebat eos seruare animi munditiam, & decorā corporis integritatem, incessum sedatum, pronunciationem articulatim distinctā, sermonem bene compositum, cibum & potum minimè perturbantem, erga seniores taciturnitatem, erga sapientiores auscultationem, erga illos qui in dignitate sunt subiectionem, erga pares & inferiores charitatem non fictam: pauca dicere, capere plurima: verborum cauere temeritatem, fugere loquacitatem, non faciles esse in risum, studere verrecundiæ, cum feminis procacibus non suscipere disputationem, oculos humi depresso, animum ad superna erectum habere, vitare contentiones, mundanos honores omnes pro nihilo ducere. Quid si quis vestrum, inquit, alijs etiam possit prodesse expectet mercedem à Deo, honorumq; perennium retributionem. Hæc cum apud Libanius discipulos memorasset Basilius, illi q; omnes non sine admiratione audissent, cum Eubulo Hierosolymam contendit, vbi primis Christianorum sacris initiatus, haud multo post, diuino oraculo, in episcopatu Cæsariensi Eusebio suffensus, multis usque ad exitum vitae virtutum ac miraculorum insignibus coruscavit.

AD O.